



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomus ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam
interpretis donatus

Peregrinus terræ. Fasciculus Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super
Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

cap. 7. Commotio in Elementis

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49469](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49469)

Commotio in elementis.

CAP. VII.

Terramotus factus est magnus; qualis nunquam fuit, *Apoc. 1. 6.*
 Talis futura est concussio terræ, qualis nunquam *& c. 18.*
 hæcenus visa vel audita fuit. Et ciuitates gentium cecide-
 runt: & corruent in terram ciuitates Gentilium. Et *Psal. 45.*
 transferentur montes in cornu maris facti insulæ maris, &
 tota terra mutabitur in voragine, voragine in abyssos,
 abyssus in ora Inferni horrida, quæ aperientur, vt viuos
 deglutiant peccatores.

Terræ consentiet Aer. Grandis magna sicut talen- *Apoc. 6. 16.*
 tum descendit: grandines immensi ponderis & magni-
 tudinis ex aëre decident. Et ex grandine facta est plaga
 magna: & ex hac pluuia grandinum & lapidum magna
 consocietur plagâ, quâ percutientur Gentiles: Et blasphe-
 mauit Deum: vbi hac percussio plagâ ad Deum se cõ-
 uertere deberent, indurati & obstinati in propria malitia
 sacrilega ora aperient, Deoque maledicent.

Nec deerunt signa in aquis: Facta est tertia pars ma- *Apoc. 8. 8.*
 ris sanguinis: mare maiori ex parte conuertetur in san-
 guinem. Mens magnus, igne ardens, missus est in mare:
 tertia pars maris ex ardore ignis etiam exiccabitur. Et *Apoc. 8. 9.*
 facta est tertia pars aquarum in absinthium: & aquæ po-
 tabiles, quæ destinatae erant in refrigerium, & salutem
 hominum, causabunt mortem eas bibituris.

Aqua se coniungat & associabit quoque Ignis in de- *Apoc. 8.*
 structionem Mundi. Ignis missus est in terram: pluuia
 ignis vna cum pluuia grandinum & sanguinis decidet in
 terram: Et erit grando & ignis mista in sanguine: & con-
 ficietur quasi magna quædam massa ex grandine, san-
 guine & igne compolita. Et tertia pars Terra combu-
 sta est: comburetur tertia pars terræ.

Vltra hæc signa elementaria, alia adhuc erunt
 magis articulata, vt tonitrua & voces humanæ: Et fa-
 ctæ sunt tonitrua, & voces, & fulgura: & inter coni-
 trua &

COYSII
 DEREI
 O V

trua & fulgura vnde quaque audientur horrenda effecti-
 biles voces, formatae in hæc aut similia verba: *Veni-
 venio cito, ecce vicinum Judicium: Ecce Dominabit
 igne veniet: ecce Judicem omnes suos inimicos malo
 & igni adiudicaturum & condemnaturum. Mis,
 dicium para iustitiam, & dispone te per exercitiu
 norum & sanctorum operum.*

Hic finis imponitur signis, quæ præcedunt Judicium
 & concludamus hanc materiam triâ reflectione nou
 mō reflectamus nos ad infinitam Dei misericordiam
 quæ tot tantisque mediis, non amoris dumtaxat pore
 etiam timoris & terroris quærit & sagaxit emulsi
 catorum corda, & eadem ad se convertere nititur. *calo
 eundō reflectamus nos ad obstinationem & in
 dinem cordis humani, quod tot tantis que misericordi
 sis non commouetur, non timet, nec formidat. *Et
 terribilium, vltimam miseriam, vltimum & vltimū
 malum ignis infernalis, & æternæ damnationis
 reflectamus nos ad remedium pro tam extremis
 quia nostrum est credere, quod sit Judicium, quod
 dex, quod detur sententia & pœna: & debemus
 re certitudine infallibili primæ veritati coadun
 cogitare ac recogitare, & penetrare, quâ ratione
 sit commutatio, de breui voluptate transire ad
 æternum.**

De pluuia & diluuiō ignis.

CAP. VIII.

psal. 96. Ignis ante ipsum præcedet. Christus Judex
 nict ad vniuersale Judicium; & iphus aduen-
 star præcursoris præcedet densissima ignis pluuia
 exuret & absuret totum Vniuersum. Et quæ
 dum diluuium aquæ, quod fuit tempore Noë,
*Gen. 6. 7. tam excreuit altitudinem, vt quindocim cubit
 fuerit aqua super montes, quos operuerat; eodem
 & ad eundem terminum ascendet diluuium ignis
 hoc diluuiō modō tractabimus, sicut & de stupore*